



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Regularibus in genere. Tit. 1

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

# LIBER TERTIUS. TITULUS I.

## De Regularibus in genere.

### SUMMARI A.

- 1. *Continuatio.* pellati Regulares.
- 2. *Unde dicti Regulares,* 5. *Vivebant sub regula;*  
*Quali.*
- 3. *Qua inter eos differen-* 6. *Eorum dua erant speci-*  
*es.*
- 4. *Olim omnes Clerici ap-* 7. *Qua hodie.*

**R**atenus de Clericis *Secularibus*; nunc tractandum de *Regularibus*; quos à Clericis distinguit strictioris Regulae votum.

Unde & à Regula speciali, quam profitentur, *Regulares*, aliter *Religiosi* appellantur: quia certae Religioni sunt adstricti.

Inter eos alii sunt & dicuntur *Canonici Regulares*, alii *Monachi*, prout vel in Clericatu, vel Laicatu vivant: Habent & *Præpositos*, ut *Abbatas*, *Priores*, aliosque. De singulis videbimus in sequentibus.

Olim, & ex primæva institutione, omnes Clerici appellabantur *Regulares*, sive *Canonici*, ob canonem, seu regulam, quâ continetur omnis ordo Ecclesiasticus; *can. 24. Synod. Laodicen.* quæ regula vocatur Ecclesiastica *in can. si qui verò. 3. cum seq. dist. 32.* vel quia initio nascentis Ecclesiæ ordinabatur nullus aut regulæ subijciebatur Ecclesiasticæ,

irvinus  
Personis  
Ecclesiasticæ

IV

32



ca, cui non portio aliqua agri Dominici colenda praeberetur, quae vocabatur canon, ut D. Paulus de seipso profitetur. 2. *Corinth. cap. 10. ἀλλὰ καὶ τὸ μέτρον ἔκανοι* & ἐμέγεσεν ἡμῖν ὁ Θεὸς &c. à quo canonem esse omnes Clerici dicebantur *Canonici*; qui canonem seu portionem am habebant, κλήρον, non quidem decimarum & primitiarum, ut vult Gloss. in *can. clericos. dist. 21.* sed potius administrationis & regiminis quod per titulos distribuebatur singulis. *can. Sanctorum. dist. 70.* Unde dicti Clerici.

5 Vivebant sub regula, cum Episcopo, in clausura, paupertate, & obedientia; *Concil. Toletan. XI. cap. 1. B. Augustinus serm. 22. de communi vita Cleric. & serm. 36. de Presbyter.* (Siquidem vitae canonice caput in tribus statuerunt Apostoli; *In communi substantia, in communi obedientia, & in communi dilectione superna,* inquit, P. Blesens. *serm. 30.* & utebantur omnes uno refectorio & dormitorio, res immobiles possidebant in communi, & singulis inde subministrabantur alimenta: quae postea Præbenda dictæ. Ea de re exstat Gregorii I. constitutio anno Domini 592. in *can. Quia tua fraternitas. 12. qu. 1. & Eugenii anno 654. in can. necessaria. d. caus. & qu. ejusque approbatio facta à Gregorio VII. anno 1073. in cap. quoniam. de vita & honestate. C. cor.* Et planum est ex Moguntini Concilii *can. 9. tom. 3. Concil. sub Carolo Magno;* ubi sic legitur; *In omnibus, quoniam humana permixta fragilitas, decrevimus ut Canonici Clerici canonicè vivant, observantes divinam Scripturam doctrinam, & documenta Sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui, vel Magistrorum eorum incompotè agere presumant. In unoquoque, Episcopatu simul manducant, & dormiant, ubi his facultas faciendi suppetit, vel qui de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt. In claustris maneant, & singulis diebus manè prima hora ad lectionem conveniant, & audiant, & obedientiam secundum canones Magistris suis exhibeant.* *ferr. Anton. Augustin. in epit. Juris Pontif. Veter. tom. 1. lib. 9. tit. 5. cap. 2.* Simile est decretum Concilii Turonen. *cap. 23. & Meldens. cap. 53.* Vixere ergò olim Canonici omnes cum suo Episcopo sub certa regula mensaque communi: *can. dilectissimis. 12. qu. 1. can. in omnibus de consecrat. dist. 1. Zerolain praxi Episcop. verb. Canonica. g. 1. part. 1. lib. 1. bast. Casar. de Ecclesiast. Hierarchia part. 3. dist. 12. g. 6. num. 1. ab Episc. Fabr. de re benefic. tit. de dupl. benef. num. 27.*



Eorum olim duæ extiterunt species. Quidam enim communi 6  
vita, paupertatis adungebant votum; & *Regulares* appellabantur;  
Quidam præter communia bona, singuli proprium aliquod obtine-  
bant, nullæ certæ regulæ addicti; *Canonici* simpliciter appellati. *Mo-*  
*lan. tract. de Canonic. lib. 1. Durant. de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 1. num. 5.*  
*6. cap. 54.*

Hodie etiam *Canonici* alii sunt *Regulares*, alii appellantur *Secula-* 7  
*res*; De quibus tractaturi sequenti titulo, ne Regularium omnium tra-  
ctatum rumpere cogamur.

## TITULUS II.

### De Canonicis Secularibus.

#### SUMMARIA.

- |                                    |                                      |
|------------------------------------|--------------------------------------|
| 1. <i>Canonici Seculares qui.</i>  | <i>rum an &amp; quando au-</i>       |
| 2. <i>Quando creantur.</i>         | <i>gere licet.</i>                   |
| 3. <i>Collegiata Ecclesia qua.</i> | 9. <i>Receptus ultra nume-</i>       |
| 4. <i>Qua Cathedralis.</i>         | <i>rum, quale jus habet in</i>       |
| 5. <i>Eas erigere potest Papa</i>  | <i>Capitulo.</i>                     |
| <i>solus.</i>                      | 10. <i>Potest Episcopus cum</i>      |
| 6. <i>In Ecclesiis Cathedra-</i>   | <i>caussa Canonicorum nu-</i>        |
| <i>libus esse debent Presby-</i>   | <i>merum minuere.</i>                |
| <i>teri, Diaconi, Subdia-</i>      | 11. <i>Eligendi in Canonicos</i>     |
| <i>coni.</i>                       | <i>an debeant habere Ordi-</i>       |
| 7. <i>In earum erectione Ca-</i>   | <i>nes, &amp; cujus esse atatis.</i> |
| <i>nonicorum numerus</i>           | 12. <i>Debent esse Legitimi.</i>     |
| <i>quantus.</i>                    | 13. <i>Quando cum iis dis-</i>       |
| 8. <i>Determinatum nume-</i>       | <i>penset Episcopus.</i>             |

Hhh

14. Ob.

irvinus  
Personis  
res, Ecclesiam

IV.

32